

an fortè, ne pecunia perfidiæ vestræ pre-
tium, vobis eriperetur? et rubuisse poten-
tiant scelesti homines, sed apud animos li-
bidinibus auaritiæque deditos pudoris
iaætura leuissima est: facile igitur præ-
sentem pudorem, perceptis voluptatibus
ac pecunia solabantur. Istud potius mi-
ror, vnde illis temporibus tanti & tam
comperti facinoris impunitas: ut enim
cum eodem Seneca concludam, pudet di-
cere nunquam apertiusquàm coràm pec-
catum est.

M. T. CICERO.

Sed quis omnium iocator aut prom-
ptior aut mordacior Cicerone? cui e-
nim quælo pepercisset, aut cuius magni-
tudinem timuisset, qui & Pompeio suo
non pepercit, & fortunam Cæsar is non
expauit: sanè cum æqualiter ambos la-
tesseret, grauius offendebatur amicior.
Venerat ad castra Pompeij in primordio
ciuilis belli, reprehendentibus amicis,
quod nimis distulisset: Minime, inquit,
sero veni, nam nihil hic paratum video:
Pompeij tarditatem in apparatibus bel-
lorum ludens. Cum verò ad ipsum Pompeij
conspicuum peruenisset, & ille inter-
rogatus dixisset: Ybi nam Dolabella ge-

nsc